





BALLERINI

THEOLOGIAE MORALIS

TOMUS II.

BX1758  
G8  
v. 2  
1894

008396





EX LIBRIS  
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080016038



COMPENDIUM  
THEOLOGIAE MORALIS

P. IOANNIS PETRI GURY S. I.

AB AUCTORE RECOGNITUM

ET

ANTONII BALLERINI

EIUSDEM SOCIETATIS

IN COLLEGIO ROMANO PROFESSORIS

ADNOTATIONIBUS LOCUPLETATUM

EDITIO DUODECIMA

NOVIS CURIS EXPOLITA

A DOMINICO PALMIERI E. S.

—  
TOMUS SECUNDUS  
—

PRATI

EX OFFICINA LIBRARIA GIACHETTI, FILII ET SOC.

—  
1894



*Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria*

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Valverde y Toléz



45045



BX 1758

G8

V.2

1894

*Quae iura a lege sunt, editores sibi reservant.*

Cum opus, cui titulus est *Compendium Theologiae moralis P. Ioannis Petri Gury S. I. ab Auctore recognitum et Antonii Ballerini eiusdem Societatis in Collegio romano Professoris adnotationibus locupletatum* novisque curis expositum aliqui eiusdem Societatis theologi, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint; facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo Societatis nostrae munitas dedimus.

Romae, 2 Febr. 1894.

EMMANUEL DE CARO Praep. L. R. Soc. Iesu.



EMMANUEL DE CARO  
Praep. L. R. Soc. Iesu.

IMPRIMATUR

13 Iunii 1894 — Can. Arcid. G. Gori, Vic. Gen.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

TRACTATUS  
DE SACRAMENTIS IN GENERE

*Cum omnis Christianae doctrinae pars Pastoris scientiam diligentiamque desideret, tum Sacramentorum disciplina, quae et Dei iussu necessaria et utilitate uberrima est, Parochi facultatem, et industriam postulat singularem, ut eius accurata ac frequenti perceptione fideles tales evadant, quibus praestantissimae ac sanctissimae res digne et salutariter impertiri possint, et Sacerdotes ab illa divini interdicti regula non discedant: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Catechismus Concil. Tridentini pars 2. de Sacram. c. 1. n. 1.*

Cum tanta sit Sacramentorum dignitas et utilitas pro sanctificatione animarum, pro quibus non dubitavit Christus Dominus Sanguinem suum fundere, crucisque subire tormentum, quam maxime iuvat, ut divini verbi praecones frequenter ad populum sermonem de iis habeant, exponendo scilicet eorum institutionem, necessitatem, praecellentem dignitatem, et miram efficaciam, et fideles de dispositionibus ad uberes gratias per illa recipiendas necessariis accurate edocendo. — Hinc Cone. Trid. sess. 24. c. 7. de Reform., haec habet:

*Ut fidelis populus ad suscipienda Sacramenta maiori cum reverentia atque animi devotione accedat, praecipit sancta Synodus Episcopis omnibus, ut non solum, cum haec per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim et usum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem a singulis Parochis pie prudenterque servari studeant..., necnon ut inter Missarum solemniam, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia et salutis monita singulis diebus festis vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quaestionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.*

Agendum 1º de natura et divisione; 2º de materia et forma; 3º de Ministro; 4º de subiecto Sacramentorum.

008396